



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 80. Bituricense Concilium Provinciale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

intercedat, sed omnes a mera Princi- Sæcul.XVI.
pis voluntate gratiam expectent: in A.C.1584.
super Consistoriales dies consilio pri-
vato, regio Senatui, necnon Curiæ,
in qua de Regni ærariis ageretur, per
singulas hebdomades designabantur,
quibus intererant triginta tres Senato-
res, Ecclesiastici sex, & togati toti-
dem, viri vero militares unus, &
viginti.

Denique Rex, cum absque fanguini-
nis effusione hærefes exterminare sta-
tueret, dignitates, atque officia non-
nisi Catholicis conferri voluit, ac stu-
diose remissum affectum erga Calvini-
starum Filios aulam accedentes de-
monstrabat, ut hac ratione illos ad am-
pleteendam veram Religionem induce-
ret: verum inconstans hujus Principis
animus, quem in exequendis adeo fa-
lutaribus hisce statutis exhibebat, eum
nonnisi majori vilipensioni exponebat.

§. LXXX.

Bituricense Concilium Provinciale.

Franciæ Episcopi cum Henricum Re- Spond. hoc
gem ad acceptandum, ac promul- ann. n. 5.
gandum Concilium Tridentinum im- Labb. Col-
pellere haud possent, quantumvis jam tom. 15.
per viginti omnino annos nulli labori pag. 1068.
parcerent, hinc saltem frequenter ad-
modum provinciales celebrabant Sy-

K 4 nodos,

Sæcul. XVI.

A.C. 1584

nodos, in quibus fidei professionem a Pio IV. editam amplectentes statuta Tridentini Concilii decretis oppido consona fanciebant, ac præprimis mense Septem bri hoc anno Domini millesimo quin gentesimo octogesimo quarto Reginaldus Belnensis Bituricensis Archiepiscopus ejusmodi Concilium in sua urbe celebrabat, cui iphus præfuit, assistentibus Petro de la Baume in Alvernii sancti Flori Episcopo, Hebrardo Sulpicio Cadurcensi, Joanne Albasplna Lemovicensi, Adamo Uterlupo Mimatensi Episcopo præter Claramontani, & Castrensis Capituli Deputatos; eo enim tempore hi Episcopatus suis Pastoribus orbati erant: Episcopi vero Ruthenensis, Tullensis, Albiensis, & Vabrensis duntaxat suos Vicarios Generales eo ablegabant: præterea NARBONNENSIS, Burdegalensis, Auxitanus, & Tolosanus Archiepiscopi utpote Primatis juribus, & Bituricensis Patriarchatus jurisdictioni obnoxii a Præside ad hanc Synodum invitabantur: nullatenus tamen comparebant, caussati, se ob pervetustam Aquitanici Primatus jurisdictionem exemptos esse.

§. LXXXI.

Titulus primus de cultu Divino.

Hujus